GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25958
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Dominica Tertia In Aduentu domini.

Et facta est in xxiii anno.

Factum est autem quarto decimo anno regis ezechie. ascendit sennacherib rex assyriorum super omnes ciuitates iuda munitas et cepit eas.

Quemadmodum in prophetis siue ipsi prophetarum dni dictis uerbum istud. et factum est inuenimus. magnum aliqd et memorabile insinuari non ambigimus. Ergo factum hoc qdm in principio presentis huius hystorie magnus propheta dni esaias posuit. magnum diuine miserationis opus mystice insinuat. qd misericors dns. misericorditer operatur cum peccatoribus. Ezechias enim fortitudo dni siue apprehendens dnm interpretat. Et bene ezechias appellari homo peccator poterit. qndo subleuante eum dno atq; confortante relinquere peccata deliberat. quatenus eum que fugauit. que peccando a se alienauit. pspiritalis utique meritum reuocare et apprehendere utrumq; ualeat. Hoc autem quando ut qualiter fiat. mysticus quarti decimi numerus anni mystice insinuat. qui cum perfectus sit. ad perfectionem quatuor euangliorum. siue ad obseruantiam decem preceptorum. siue ad excellentiam quatuor cardinalium uirtutum aptus nos transmittit. Regnare enim quasi in qrto decimo anno ezechias dicit. quando sedm sacra euangelii doctrinam uitam morum suos regere et disponere. qndo in obseruantia decem preceptorum se ipsum exercerit. quando in omni uirtutum perfectu laudabiliter perdere nitit. Hoc sane cum magnum et memorabile diuine pietatis opus sit. recte subsequenti hystorie uerbum istud. et factum est. ponit et perscribi debuit. Si uidcam qd sequitur. Ascendit sennacherib rex assyriorum super omnes ciuitates iuda munitas. et cepit